(16), 127, (33) p. (fol. $J_2$ et $J_3$ facsimilerade)

Gislonis

Obs!
Peringskiölds namnteckning
å titeln

EX LIBRIS



SVEN B. F. JANSSON




Gesellschaft von
Freunden und Förderern
der Universität München

416 106 151 200 13

W

8 Vetus 1458

# CHRONOLOGIA SEV TEMPORVM SERIES, AB INITIO MVNDI AD NOSTRA HÆC tempora præſentia, in cuius medio contexitur Genealogia CHRISTI ab ADAMO per SEM filium NOHE.

À DEXTRO LATERE POSITI SVNT Reges Gothorum Sueonumq; tam extra patriam quàm in patria à Magogo filio IAPHETI oriundi, teſte Ieronymo, Iſidoro lib: 9. & alijs dignis Authoribus. In ſiniſtro latere quartæ Monarchiæ ordinantur. Ad Quartam Monarchiam, Romanorum ſcilicet, adpoſiti ſunt Romani Pontifices, ad præſentem Romanæ Eccleſiæ nunc præſidentem.

Ab optimis quibusq; Authoribus, operâ & ſtudio

M. IACOBI GISLONIS

breviter collecta.

STOKHOLMIÆ

*Cum gratiâ & Privilegio Sereniſsimæ Regiæ Maieſtatis*

Imprimebat Andreas Guttervvitz.

Anno M. D. XCII.

37.

## IN ANNALES M. IACOBI GISLONIS,

### EPIGRAMMA.

ANnalium hanc confectionem poſthumam,
In vulgus emiſſam á ſuperſtite filio
GISLONE, iucundo iubet ſuſcipier ab
Omnibus animo ac vultu rei quam continet
Præſtantia atquè ſingularis dignitas.
Enimverô, brevi quaſi compendio,
Res geſtas ætatum omnium complectitur,
Ab ipſius creationis tempore
Ad noſtra deductas propemodum ſecula.
Idem argumentum ante hac tractâre plurimi,
Non Spiritu modô DEI qui præditi
Fuêre: verùm & puriores Ethnici,
Et hac tempeſtate optimi ac ſummi viri.
Quorum monumenta tibi ſi forſitan placent,
Næ diſplicere huius Chronographi labor
Nunquam poteſt. Succinctê enim ferê omnia
Quæ tradidêre, in corpus unum colligit.
Quod reliquum eſt: Te ſalvere, Lector, nunc
Poëta & Auctoris vices qui ſuſtinet. (iubent

*M. Laurentius Paulinus Gothus.*

Rara 1402-2
BVB 7483
UNIVERSITÄT MÜNCHEN
INSTITUT FÜR NORDISCHE PHILOLOGIE
UND GERMANISCHE ALTERTUMSKUNDE
Sign. S 40/55
Inv. Nr. 51038
Universitäts-Bibliothek München
10 G 11207

# SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI, DOMINO SIGISMUNDO III. REGI POLONIÆ, MAGNO DUCI LITUANIÆ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Maſſoviæ, Podlachiæ, VVolhiniæ, Samogitiæ & Livoniæ Domino, nec non Regnorum Principatuumq; Sueciæ, proximo Principi hæreditario & futuro Regi, Domino meo Clementiſsimo.

NON minus verè, quàm graviter de hiſtorijs prophanis, Græcus ille Polybius dixit: Hiſtoriæ cognitio eſt veriſsima inſtitutio & præparatio ad actiones politicas: & illuſtris magiſtra ad perferendas fortunæ vices. Multa enim evidentia conſiliorum exempla, nobis ſuppeditant hiſtoriæ, quæ in omni gubernatione, tam in ocio, quàm in negotio, multum proſunt: vtpote ad leges condendas, Reſp: adminiſtrandas, fœdera pangenda, ſtratagemata invenienda, &c. Nec tantum ad felicem ſanorum conſiliorum imitationem conducit: ſed multò magis ad præmonitionem in cavendis horribilium calamitatum & mutationum cauſsis. μεγάλων γὰρ ἀδικημάτων, μεγάλαι καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τοῦ θεοῦ, ut Herodoti verbis utar. Ad hæc hiſtoria peculiariter erudit homines uſu rerum imperitos, ut neceſſaria tantum faciant, nec res non neceſſarias ignava πολυπραγμοσύνῃ moveant, vel æmulatione incenſi, vel pertinacia obfirmati, vel κακοζηλίᾳ

A 2 permoti.

*permoti. Verùm ſi fructus hiſtoriæ ſanctæ, divinitus nobis traditæ, conſideraverimus, eos uberrimos eſſe inveniemus: quibus in Eccleſia opus eſt maximè, & quibus æquè ac aëre & aqua indigemus. Singulari enim bonitate Deus, initium naturæ rerum, generiſq; humani, Eccleſiæ exordia, inſtaurationes & conſervationem, per Patres & Prophetas literarum monumentis conſignari curavit: ut nos de ſua eſſentia, & voluntate erudiret, & nos in doctrina cœleſti confirmaret. Sed hæc pijs omnibus nota ſunt, vel certè nota eſſe debebant: nec huius inſtituti aut loci eſt exactè hæc diſſerere: Quare nihil hic dico de hiſtoriæ ſacræ antiquitate. Non enim apud ullam gentem, antiquior aut certior, temporum & rerum geſtarum ſeries invenitur. Nihil hic prædico, quantum hiſtoriarum collatio & comprehenſio conducit, ad ſcripta Prophetica melius atq; exactius intelligendum. Non commemoro nunc quantum hiſtoriarum cognitio, ad graviſsimas in Eccleſia Dei cauſas dijudicandum ac decidendum prodeſt. Non refero iam ingentem utilitatem hiſtoriarum, quæ ex collatione hiſtoriæ Ethnicæ & ſacræ provenit. In hiſtorijs Ethnicis tantum proponuntur exempla iræ Divinæ contra manifeſta delicta, & atroces Decalogi tranſgreſsiones. In ſacris verò non tantum exempla iræ in pœnis: ſed etiam miſericordiæ ſeu gratiæ cernuntur. Præterea manifeſtæ præſentiæ Dei teſtimonia in Eccleſia, hîc reperiuntur. Quare cùm maximæ ſint hiſtoriarum utilitates fructuſq; uberrimi, omnibus eruditis ac pijs hominibus earum lectio, conſideratio ac inquiſitio mirificè placuit magnoq; oblectamento ſemper fuit.*

*Verum enimvero ſapiens & veneranda antiquitas duos oculos Hiſtoriæ tribuere ſolebat: Chronologiam nempe & Topographiam, ſine quibus ſanè luminibus hiſtorias non ſolum ambiguas & obſcuras, verum etiam imperfectas incertas ac fluxæ fidei eſſe rectiſsimè exiſtimabat.*

*Quapropter maxima & præclariſsima ingenia in utroq; hoc hiſtoriarum ſpeculo exornando atq; expoliendo multum laboris operæq; collocarunt.*

*Sed relictis Topographiæ cultoribus, qui Regionum, civitatum, aliorumq; locorum deſcriptiones magnâ diligentia illuſtrârunt, pauca de Chronographis diſſeram.*

*Multi præclari viri, doctrina pariter & pietate ornati, precium operæ non exiguum aut contemnendum ſe facturos arbitrati ſunt, ſi collectis ſacrorum voluminum numeris, ac ijs ad hiſtorias Ethnicorum ritè accomodatis, perpetuam quandam ac interruptam annorum ſeriem, à creatione mundi, ad nativitatem Chriſti deducerent, demonſtrarentq; quâ ratione, ex ſacrarum literarum numeris, tam providentiæ divinæ teſtimonia clariſsima, quàm ſtudij hiſtorici adiumenta utiliſsima depromi poſsint.*

*Nam etſi numerorum illi apices, quibus tam in veteri, quàm novo inſtrumento temporum ratio conſignata eſt, quibuſdam iniquis rerum honeſtarum æſtimatoribus, cauſa vilis momenti videntur, ut in ea, aliquid ſtudij collocare prorſus infrugiferum ac inutile fuerit: Sciendum tamen eſt, ſumma Eccleſiæ Dei lumina (ſicut univerſa Eccleſiæ hiſtoria teſtatur) in huius ſtudij conſideratione atq; inquiſitione multum operæ impendiſſe. Cenſuerunt enim in his ſacræ paginæ numeris, multum reconditæ ſapientiæ contineri, multumq; admiraiblium myſteriorum latêre, quæ vix aliquis eorum, qui ſacras literas exactius didicerunt, ſe vel mente percipere vel oratione*

tione explicare poſſe, facilè profeſſus fuerit. Tenues namq; illi apices, clara voce teſtantur, longè aliam eſſe rationem ſententiarum divinitus traditarum, quàm verborum ab hominibus prolatorum. De his enim ſæpè veriſſimum eſt, quod dici ſolet, Verborum mare, mentis gutta: de illis autem accommodatiſſimè pronunciatur, Verborum gutta, verùm inexhauſtum ſapientiæ ac ſcientiæ mare.

Quare non inutilem operam Reipub: literariæ navârunt excellentes illi viri, qui eruditè ac exquiſitè annorum rationem, à condito mundo ad Chriſti uſq; tempora pervestigârunt, ac multarum rerum memorabilium cornucopiam quandam breviter collegerunt; ut uno intuitu, tanquam in ſynopſi, hiſtoria totius mundi conſpici poſſet.

Cum itaq; Clementiſſime Princeps, pater meus (piæ recordationis) Iacobus Gislonis, in ſuo ſeceſſu ruſtico aliquid operæ laboriſq; in Chronologicis campis collocârit, ac aliquantulam, tam divinarum, quàm humanarum rerum memorabilium ſylvam collegerit, eamq; iuxta Seriem annorum ordine digeſſerit, partim in uſum proprium, partim in quorundam amicorum gratiam. Extabant tunc ſanè plurimi Chronologici libri eruditè ac exquiſitè conſcripti, verùm duo in ijs deſiderabat. Primùm convenientiam in annorum ſupputatione: Deinde noſtrorum hominum geſta; quarum cognitione in primis delectabatur. Idcirco conquiſitis undiq; diverſis rerum noſtrarum Hiſtoriographis, ſelecta quæq; & cognitione digna in uſum dulciſſimæ patriæ, ſuæ inclyti nempe Regni Sueciæ, ſelegit. Verum enimverò cum perſpiceret laborem ſuum, non ſolum multis bonis eſſe gratum, verum etiam ad decus aliquod patriæ pertinere decrevit opuſculum hoc publici iuris facere, Typiſquè committere.

Sed exiguum vitæ ſpatium, eius propoſitum impedijt, ideò moriens magnoperè me hortabatur, ut, ſi fieri poſſet, adhibita doctorũ virorum operâ, libellum hunc Chronologicum in lucem ederem.

Cùm autem, & propter rerum mearum penuriam, & impedimenta alia, monita paterna exſequi differrem, acceſſerunt importunæ amicorum flagitationes, qui aſſiduè inſtabant, ut ultimæ voluntati parentis mei ſatisfacerem. Quare horum tandem aſſiduis petitionibus & precibus victus, rem hanc, quamvis valdè impar, aggreſſus ſum.

Verùm cùm novi huiuſmodi libelli, in publicum prodeunt, Calumniatorum & Zoilorum iniurijs plerunq; expoſiti eſſe conſueverunt; Ideoq; neceſſum mihi erat patronum ac defenſorem, non quidem vulgarem aut imbecillem, ſed magnanimum ac præpotentem & mihi & huic opuſculo quærere, qui nos à malevolorum inſultibus fortiter tueri queat.

Quapropter Illuſtriſſime ac Clementiſſime Princeps ad Celſ: Veſtram confugio, Celſ: Veſtræ opem imploro, C: V: cui hoc Chartaceum munuſculum à patre meo collectum, & à me nonnihil auctum dedicarem, eligo, ut ſub Veſtræ Celſitudinis Auguſto nomine, tutò in vulgus prodeat. Humilimè & ſummâ (ut decet) obſequentiâ Celſitudinem Veſtram orans atq; obſecrans, ut exiguum hoc munuſculum & me vilem ſervitorem non repudiet, ſed in Suæ Celſ: patrocinium & protectionem benignè ſuſcipiat, & adverſus Calumnias ac iniurias clementer defendat.

DEVS

*DEVS Optimus Maximus Celſ: Veſtram & totam inclytam domum Regiam, incolumem atq; florentem & univerſæ patriæ noſtræ & mihi, quàm diutiſſimè conſervet ac tueatur. Datum Stocholmiæ, Anno à nato Chriſto ſupra Seſquimilleſimum nonogeſimo ſecundo, die Divi Michaëlis, Quo ante annos XXIIII. illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, D: IOHANNES III. expulſo fratre ERICO, omnium ordinum ſuffragijs Rex Sueciæ Stocholmiæ ſalutatus eſt.*

*Celſ: Veſtræ*

*humilis ſervitor*

*Gislo Iacobi.*

# PRÆFATIO AD LECTOREM.

*ETSI, candide Lector, vir ille DEI & Hiſtoricorum omnium pater Moſes, nomen tantum montis indicat, in cuius cacumine Arca Noë primum conſtitit. Sic enim cap: 8. Geneſ: inquit: Die decimaſeptima, menſis ſeptimi requievit Arca in montibus ARARAT. Regionis verò, in qua vel iuxta quam, hi montes ſiti ſunt, nullam facit mentionem. Scias tamen omnes Hiſtoriographos antiquitatum, utpote, Beroſum Chaldaicum, Hieronymum Ægyptium, Maſeam Phœnicem, Damaſcenum &c. unanimi conſenſu ſcripſiſſe, poſt priſcam inundationem Noicam & novimeſtrem, ſiccata iam humo & torrefacta terra, Arcam quieviſſe in Scythia Saga, & ibi Noham ſalvatum eſſe in Gordiej Armeniæ montis iugo Ocila altiſſimo, non procul ab Araxi fluvio, à quo Moſes altiſſimos montes Caſpios vocat ARARAT pro Axarat: ac ibidem cœpiſſe genus humanum rurſus augeri. Ideo principatus originis humanæ Scythis ſemper tribuitur, ut teſtatur Iuſtinus Hiſtoricus, Trogi Pompeij abbreviator, initio lib 2. Verba eius hæc ſunt: Scytharum gens antiquiſſima ſemper habita: Quamquam inter Scythas & Ægyptios diu contentio de generis vetuſtate fuerit. Ægyptijs prædicantibus initio rerum, cum aliæ terræ nimio fervore Solis arderent, aliæ rigerent frigoris immanitate, Ita, ut non modò generare homines, ſed ne advenas quidem recipere ac tueri poſſent: priuſquam adverſus calorem vel frigus velamenta corporis invenirentur, vel locorum vitia quæſitis arte remedijs, mollirentur. Ægyptum ita tempe-*



ratam

ratam fuiſſe, ut neq; hyberna frigora, nec æſtivi Solis ardores, incolas eius premerent: Solum ita fœcundum, ut alimentorum nulla terra feracior ſit, in uſus hominum. Iure igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillimè poſſent.

Contra Scythæ cœli temperamentum, nullum eſſe vetuſtatis argumentum putabant: quippe naturam, cum primum incrementa caloris & frigoris regionibus diſtinxerit? Statim ad locorum patientiam, animalia quoq; generaſſe. Sed arborum atq; frugum, pro regionam conditione, aptè genera variata, & quantò Scythis ſit Cœlum aſperiùs quàm Ægyptijs tantò & corpora & ingenia eſſe duriora. Cæterum ſi mundi, quæ nunc partes ſunt, aliquando unitas fuit, ſive illuvies aquarum, principio rerum terras obrutas tenuit: Sive ignis, qui & Mundum genuit, cuncta poſſedit: utriuſq; primordij Scythas origine præſtare. Nam ſi ignis prima poſſeſſio rerum fuit, qui paulatim extinctus ſedem terris dedit, nullam prius, quàm Septenttionalem partem hyemis frigore ab igne ſecretam, adeò ut nunc quoq; nulla magis rigeat frigoribus. Ægyptum verò & totum Orientem tardiſſimè temperatum; quippe qui etiam nunc torrenti calore Solis, exæſtuet. Quod ſi omnes quondam terræ ſubmerſæ profundo fuerunt, profectò æditiſſimam quamq; partem decurrentibus aquis priùs detectam, humilimo autem ſolo, eandem aquam diutiſſimè immoratam: & quantò prior quæq; pars terrarum ſiccata ſit, tantò priùs animalia generare cæpiſſe. Porro Scythiam adeò æditiorem omnibus terris eſſe, ut cuncta flumina, ibi nata in mare Mæoticum, tum deinde in Ponticum & in Ægyptium mare decurrant. Ægyptum autem (qui tot Regum, tot ſeculorum cura, impenſaq; munita ſit: & adverſus vim decurrentium aquarum, tantis inſtructa molibus, tot foſſis conciſa, ut cum his arceantur, illis recipiantur aquæ, nihilominus coli, niſi excluſo Nilo, non potuerit) nec poſſe videri hominum vetuſtate ultima: quæ ſive exaggerationibus Regum, ſive Nili trahentis limum, terrarum recentiſſima videatur. His igitur argumentis ſuperatis Ægyptijs, antiquiores ſemper Scythæ viſi. Hæc ille.

Ab his igitur novis Scythæ incolis adauctis, colonias per orbem conſtituit ipſe Ianus, Sator & Semen novi mundi Noha. Et poſt 100 annos, hoc eſt, anno primo Phaleg trinepotis Nohe (cuius tempore diviſio partium orbis terrarum facta eſt, Geneſ: 10.) multiplicatum eſſet in immenſum genus humanum (ut Beroſus ait) & ad comparandas novas ſedes neceſſitas coëgiſſet, Nohe cum tribus filijs ex Scythia profectus, omne littus maris Mediterranei rate perluſtravit, tribuens Sem Aſiaticum littus, à Tanai fluvio per Boſphorum Cimerium uſq; ad Nilum Ægypti, & Cham à Nilo littus Aphricæ, uſq; in anguſtias Oceani & Gadium, ubi columnæ Herculis erectæ eſſe dicuntur. Iapheto autem omne littus Europæ à Gadibus uſq; Tanaim, & ſingulis provincijs poſtea diviſit colonias. Ipſe autem toti orbi præfuit, unde Ovidius: Me penes eſt unum vaſti cuſtodia mundi. Poſt octennium ſupra centeſimum ſcribit Cato in ſecundo fragmento Originum: Ianum veniſſe cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum, & rate cum colonijs per Tyberim vectum, tenuiſſe ad levum latus Hetruriam, primaſq; in Vaticanum & Ianiculum conſtituiſſe colonias. Decimo anno in Scythiam redijt.

Anno verò à Salute ab aquis 131. Nimbrotus creatus in Babyloniæ Saturnum & factus primus mundi Monarcha, qui condidit civitatem & Turrim Babylonicam, & conſtituit Regnum, quod Regnum regnorum dictum eſſe voluit, non tempore quidem ſed

 dignitate.

*dignitate.* Ex præmiſsis colligitur Scythica & Septentrionalia Regna ſibi principatum humanæ originis poſt univerſalem inundationem teſtimonijs probatiſsimorum Authorum iure vendicare poſſe. Quandoquidem ante Italiæ incolatum centum & octo annis, & ante Regnum Babylonicum ſeu Chaldaicum inchoatū annis 131. habitata fuerint Scythica & Septentrionalia Regna. Iam multorum opinione exiſtimatur Gothos ſeu Suecos ex Scythis eſſe oriundos, ut Iſidorus lib: 14. inquit: Scythia eſt regio maxima, cuius pars interior eſt in Aſia, inferior verò & prior eſt in Europa. Et hæc inferior eſt quæ à Mæotidis paludibus incipiens inter Danubium & Oceanum Septentrionalem uſq; ad Germaniam protelatur. Huius prima pars eſt Alania, deinde Mæotidis paludes, deinde Gothia, Dacia, Reutia (quàm nunc Ruſsiam vocant) deinde Germania, ubi plurimam partem Suevi incoluerunt, ut dicit idem. Idipſum teſtatur Bartholomeus Anglicus de proprietatibus rerum, qui authoritates omnium ferè veterum & ſelectiorum ſcriptorum fideliſſimè colligerat, de varijs rebus ſcitu digniſsimis, in hunc modum Sueciam definiens: Suecia, inquit, regio eſt inferioris Scythiæ in Europa à qua tota Gothia, quæ inter Danorum & Noricorum Aquilonarium regna maxima eſt, hodie nominata, habens mare Balticum ab Oriente, Oceanum Britannicum ab Occidente. Noricorum prærupta & populos à Septentrione. A meridie Dacorum confinijs terminatur. Præterea ſi notationem vocis examinare volueris, reperies voces σκύθης & σκυθία origine Gothicas ſeu Sueticas eſſe. **Skytt** enim ſeu **Schytt**, lingua Gothica Sagitatorem ſignificat. Scythas autem & fuiſſe & eſſe arte ſagitandi peritiſsimos nemini non eſt notum. Ex his patet Sueciam eſſe partem Scythiæ. Et Scythas habere originem à Magogo filio Iapheti & nepote Nohe,

Ergo scilicet divinare potuerunt primi illi homines, qui Scythe appellantes sunt, scirent quid posteri post centenorum aliquot annorum decursum, per vocabulum Skytt indigitare debebant. Misera vocis nomenclatura.

te Nohe, ut Hieronymus, Lutherus, Philippus Melanthon & alij conſtanter aſſerunt. Sed obijciunt nobis quidam potius ignominioſum eſſe, quàm glorioſum fateri noſtros Gothos ortos eſſe ex tam crudeliſsima gente, quæ hoſpites immolare, humaniſq; veſci carnibus, pro pateris calvarias uſurpare, & nihil non inhumani perpetrare ſolita eſt? Reſpondemus eſſe rem maximè dolendam, filios & nepotes ſanctiſsimi patris Nohe ita turpiter degeneraſſe & totius orbis liberationis ſolum tam fœdè contaminaſſe. Et ſi vixiſſet iam ſanctiſsimus parens humani generis Sator & primus ab inundatione reparator Noha, quos & quantos gemitus cum lachrymis edidiſſet quæſo? Sed ex imis pectoribus Deo Opt. Max. agendæ ſunt gratiæ, quòd ſacroſanctum verbum ſuum nobis clementer donaverit, quo corda hominum ad veram cognitionem ipſius & pietatem adſueſcant: ac literas inſuper humaniores, quibus mores corrigantur & manſueſcant benignè dederit. Et ſicuti nos longè diſsiti ſumus ab illa impia Scythia quæ nunc eſt, ſic etiam (Dei gratia) longè alia Religio & alij ſunt nobis mores. Exiſtimo enim meo qualicunq; iudicio Scythiam tum temporis cum habitata eſſet à Noe & filijs, nepotibuſq; eius, longius latiuſq; ſeſe extendiſſe huc in Occidentem quàm nunc. Nam ſpatio centum & octo annorum ſupra modum crevit genus humanum. Fœminæ enim perpetuò geminos in partu edebant, marem & fœminam, qui adulti & coniuges facti de ſeſe binos generaverunt. Neq; enim unquam Deus vel natura defuit neceſsitati, quæ ad univerſi orbis ſpectat opulentiam, ut ait Beroſus lib: 3. Quare tanta hominum multitudo nequaquam potuit hæſiſſe uno in loco; ſed longè lateq; vagatam, expatiatamq; fuiſſe nemini dubium eſt. Et omnia loca ſic perluſtrata, Scythicæ regioni annumerata ſunt, antequàm colonias ſparſiſſet Noha pater, & diviſiſſet orbem tribus filijs.

Nunc non adeo latet patet Scythica Regio, nec ita extendit ſeſe ad nos in Occidentem ut antea, forſan. Siquidem qui proximè ex hac parte Boryſthenis fluminis habitant Sarmatæ Europæi propriè vocantur, non Scythæ: hanc antiquæ Scythiæ partem, Ruſsi, Lithuani & Poloni nunc tenent, Regionem verò inter Boryſthenem & Tanaim, hodie Tartari gens Scythica incolunt. Sed vera Scythia quæ nunc eſt, quæ & Tartaria magna ſeu Sarmatia Aſiatica vocatur, eſt omnis Septentrio, quæ longè, lateq; à Tanai fluvio in Sarmatas & in Orientalem Imaum montem ſeſe expandit. Sic potuit fieri totam Scythiam (prout tum temporis extendebatur) habuiſſe communem Regem Magogum filium Iapheti, à quo putant Scythas ortos eſſe & Gothos. Et poſtea Gothos ſemper retinuiſſe ſuos Reges ex poſteritate Magogi. Eam ob cauſam adpoſui ad hanc Chronologiam, Ordinem & ſucceſsionem Regum Gothorum, prout Iohannes Magnus Gothus, qui diligens Annalium inſpector Romæ erat, in ſuo Chronico magna diligentia eum complexus eſt.

Cæterum cum maximè varient authores in ſupputandis colligendiſq; annis ab initio mundi ad Chriſtum natum, ut difficultas ſit non ſolum in Monarchijs, ſed etiam in coacervatione annorum ſacrarum literarum. Quare non mirum ſi in hac Chronologia & ſupputatione alicubi diſceſſum fuerit ab alijs ſcriptoribus, qui neq; inter ſe conveniunt. Et ubi hoc uſu contigerit, addam meas rationes, quibus ſim motus, aliquid mutandi addducens certas authoritates, quas partim in ipſa CHRONOLOGIA: partim in eius DECLARATIVNCVLA ad calcem adiecta, evidentius demonſtrabo. Interim relinquens unicuiq; ſive ſcriptori, ſive lectori ſuum iudicium. Non mordicus aut pertinaciter defendo mea, quaſi ſola vera. DEVS enim novit ex tot diverſis ſcriptoribus quis nam

proprius

propiùs veritati acceſſerit. Sed meliùs eſt (teſte Auguſtino) piè dubitare, quàm temerè aliquid aſſerere & defendere. Cum pervenerimus ad æternam illam & cœleſtam Scholam, tum erunt iſta (Dei beneficio) & multa alia nobis clariora, magiſq; perſpicua, ut Paulus 1 Corinth: 13. inquit: Nunc ex parte cognoſcimus, cum autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc ſicuti eſt facie ad faciem. Quod ut quàm citiſsimè fiat: faxit ille qui ſua certitudine infallibili numerat dies & annos noſtros, regit & gubernat omnia æternus & clementiſsimus DEVS, Amen.

## REGVLAE IN CONCORDANTIIS
### Scripturarum obſervandæ.

I. Aliquando filius cum patre regnavit, aliquando ſolus, patre defuncto, ut de Ioram, Ochoſia. Et ſic aliquando in eius regno computatur tempus, quo regnavit cum patre, aliquando verò computatur tempus, quo ſolus regnavit defuncto patre.

II. Aliquando vacavit regnum, & tempus vacationis aliquando aſsignatur, aliquando non.

III. Aliquando contingit, quòd aliquis Rex benè adminiſtravit in primis & poſtea malè, propterea ſcriptura aliquando ſolum exprimit tempus benè adminiſtratum, & reſiduum tacet, ut de Saule 1. Reg: 13.

IIII. Aliquando vicium ſcriptorum confundit tempus & numerum annorum.

V. Aliquando non completè confecerunt ſuos annos, Anno 4. Salomonis cœperunt ædificare Templum, hoc eſt, initio anni quarti non completi, & Chriſtus tribus diebus fuit in ſepulchro, hoc quidem incompletè, per Synechdochen.

Diverſa

# DIVERSÆ SVPPVTATIONES AB INITIO MVNDI AD Chriſtum natum.

| | |
|---|---|
| Hebreorum & Bedæ | 3952. |
| Euſebij | 5199. |
| Oroſij | 5200. |
| Iſidori | 5210. |
| Auguſtini | 5353. |
| Alphonſi Regis | 6984. |
| Beroſi, Metaſthenis & Philonis ſimul | 3949. |
| Martini Lutheri | 3960. |
| Panthaleonis, idem ſentit Abrahamus Bucholcerus. | 3970. |
| Tigurinæ Eccleſiæ miniſtrorum | 3974. |
| Carionis Philippici, Hedionis, Phrygionis, Chytræj & aliorum, quos & ego magna ex parte ſequor. | 3962. |
| Iohannes Funccius addit unum annum quem reſervavit à Diluvio uſq;, quem & ego ſervo. | 3963. |
| Nicolaj Hemmingij | 3944 |
| Laurentij Codomani | 4142. |

AVTHO.

# AVTHORES INSPECTI AD HANC CHRONOLOGIAM CONFICIENDAM.

MOSES omnium Hiſtoricorum parens & primus humanæ originis ſcriptor & monſtrator.

Beroſus Chaldaicus.
Metaſthenes Perſa.
Philo Hæbreus.
Archilochus Græcus.
Manethon Ægyptius.
Xenophon de æquivocis.
Fragmenta Catonis.
Flavius Ioſephus Iudæus.
VVernerus VVeſtphalus, ſive faſciculus temporum.
Caſparus Hedio.
Iohannes Tritthemius.
Martinus Lutherus.
Philippus Melanthon.
David Chytræus.
Cunmannus.
Iohannes Funccius.
Albertus Crantzius.
Ioannes Magnus.

Sed quo plures Authores inſpexeris, eo maior in numeris varietas, ut vix inter centum reperies duos, qui idem ubiq; ſentiant de annorum ratione. Non igitur mirum ſi hæc qualiscunq; ſupputatio non ubiq; quadret cum alijs, cum tanta ſit Authorum inter ſe varietas. Volvat atq; revolvat candidus Lector ſaltem præſcriptos Hiſtoricos, videbit miram inter eos diſcrepantiam, & erit mihi, iuſtus & æquus (ut ſpero) PALÆMON.

 

# CHRON OGIA,
# SEV TEMPORVM SERIE AB INITIO MVNDI AD
## ANNVM PRÆSENTEM: A NATO CHRISTO 1590.

*VERVM OBSERVET HIC CANDIDVS LECT ISTORIOGRAPHOS ET CHRONOLOGOS IN tanta Regum Gothorum Sueonumq́ vetuſtate, non ubiq́ fuiſſe certos, quo tempore vel Anno Mundi vixerint & imperio præ fuerint. Igitur ubi fuerit certitudo annorum, ibi notentur Reges tali ſigno ✻. Alij ſunt inſerti, quo loco commodiſsimè poterant.*

O DO

| ANN: MVNDI. | PATRVM. ANN: GENERATIONIS | PATRVM. | ANN: VITÆ PATRVM. |
|---|---|---|---|
| | | | ADAM vixit annos 930. Gen: 5. |
| 1 | 1. ADAM & EVA creati. | edes illa fortaſſe incidit in annum 30. HABELIS. | |
| 30 | CAIN occidit HABEL. | no ac eodem tempore. | |
| 30 | Pij parentes centum annos luxerunt, propter amiſsionem trium ſobo | Gen: 5. | |
| 130 | ADAM, Anno ætatis ſuæ 130 genuit SETH. | | vixit 912. Gen: 5. |
| 130 | 2. SETH natus. is anno ætatis ſuæ 150. genuit ENOS. | utus eſt CAIN, & poſteritas eius | |
| 130 | Hic incipit generatio iuſtorum & veræ Eccleſiæ, quam ſemper p | | vixit 905. Gen: 5. |
| 235 | 3. ENOS natus. is anno ætatis ſuæ 90. genuit CAINAN. | LALEEL. | vixit 910. Gen: 50. |
| 325 | 4. CAINAN natus. is anno ætatis ſuæ 70 genuit MAH | IARED. | vixit 895 Gen 5. |
| 395 | 5. MAHALALEEL natus. is anno ætatis ſuæ 65. gen | | vixit 962. Gen: 5. |
| 460 | 6. IARED natus. is anno ætatis ſuæ 162. genuit HENO | SALAH. | vixit 365. Gen: 5. |
| 622 | 7. HENOCH natus. is anno ætatis ſuæ 65. genuit MAT | Cainica. Gen: 6. | |
| 630 | Hac generatione ſeptima, iuſta generatio contaminavit ſe cum i | LAMECH. | vixit 969. Gen: 5. |
| 687 | 8. MATHVSALAH natus. is anno ætatis ſuæ 187 gen | | vixit 777. Gen: 5. |
| 874 | 9. LAMECH natus. is anno ætatis 182. genuit NOAH | | |
| 930 | ADAM moritur. | | |

C 2 HENOCH

| ANN: MVND: | PATRVM ANN: GENERATION | PATRVM. ANN: VITÆ PATRVM. |
|---|---|---|
| 987 | HENOCH à DEO in cœlum ſublatus. Gen: 5. | Evidens teſtimonium immortalitatis & vitæ æternæ. |
| 1042 | SETH primus iuſtitiæ præco moritur. | |
| 1056 | 10. NOAH natus. is anno ætatis ſuæ 500 genuit tres filios | Eius uxor TITÆA magna. vixit 950. Gen: 5. |
| 1556 | 1. IAPHET, eius uxor NOELA, 2. SEM, eius uxor PAN | RA. 3. CHAM. Eius uxor NOEGLA. Beroſus lib. 1. |
| 1559 | SEM natus, is anno ætatis 100. genuit ARPHAXAD | vixit 600. |
| 1656 | Cœpit DILVVIVM. Inundatio novimeſtris. Tunc NOA | agebat 600. annum ætatis, SEM verò 97 annum. |
| 1657 | Anno 601. Menſe 1. ætatis NOAH. egreſſus eſt NOAH ex | cum familia ſua. Anno ætatis SEM 98. Gen: 8. & 11. |
| 1658 | Peracto Diluvio reparatum eſt genus humanum per NOA | tres eius filios. Vixit autem NOAH poſt Dil: 350 an: Gen: 9. & 10. |
| 1659 | Biennio poſt Diluvium 1. ARPHAXAD natus eſt. is anno | ætatis ſuæ genuit SALAH. vixit 438. |
| 1600 | Aurea ætas ſub Ogyge NOAH, ante NINVM circiter | annos. Eam primus vitiavit NINVS, Rex primus Aſſyriorum. |
| 1694 | 2. SALAH natus. is anno ætatis ſuæ 30. gen | HEBER. vixit 433. |
| 1724 | Pater omnium Hebreorum 3. HEBER natus. is anno ætatis | 34. genuit PELEG. vixit 464. |
| ☞ | CATALOGVS REGVM GOTHICORVM. | CATALOGVS Regum & Imperatorum 4. Monarchiarum. |
| 1745 | ✠ 1. MAGOGVS filius IAPHET, Scytharum & Gotho | primus parens, propagator & Rex. Iſidorus lib: 1. Ædificatio turris Babylon |
| 1758 | 4. PELEG natus. is anno ætatis ſuæ 30 | genuit REGV vixit 239. |
| 1759 | Hoc tempore facta eſt diviſio linguarum, propter ambitionem æ | dificantium turrim Babylonis, & contemtum Dei. Gen: 11. |
| 1760 | NOAH orbem terrarum etiam tribus filijs ſuis diviſit. Ipſe u | orbi, maximè ad Occidentem & Septentrionem præfuit. Diodorus lib: 4 & Proto. |
| 1765 | ITALIA coli cœpit, primasq; colonias ſuas poſuit NOAH int | turta apud Vaticanum & Ianiculum. Cato in Fragmentis. |
| 1787 | ✠ 2. SVENO primogenitus MAGOGI, unde Suconia ſeu Suecia | Suenes ſeu Sueci dicti. Eius enim gentis propagator & Rector fuit. fallaris. |
| 1788 | Natus eſt 5. REGV. is anno 32. ætatis ſuæ gen | SARVCH. vixit annos 239. |
| 1788 | Initium Regni Babylonici 131 annis à Diluvio. | NIMROT primus Monarcha mundi, Saturnus Babylonius dictus. Reg: 56. |
| 1797 | GOMERVS Gallus poſuit colonias ſuas in Regno, quod | Italia dictum eſt. Beroſus lib: 5. |
| 1820 | Natus eſt 6. SARVCH. is anno ætatis ſuæ ge | NACHOR. vixit annos 230. |
| 1843 | ✠ 3. GETHARI. ſive GOGVS, ſecundus filius Mag | unde Gethia & Gothi ſive Getæ dicti ſunt. |

| ANN: MVND: | REGVM GOTHORVM. PATR | REGVM BABYLON: ET ASSYR: |
|---|---|---|
| 1844 | Caſparus Hedio Belo 65. annos attribuit. | ELVS 2. Monarcha, Iupiter Babylonius dictus. Regnavit an: 62. Beroſus. |
| 1850 | Natus eſt 7. NACHOR is anno ætatis ſuæ 29. ge | THARE. vixit annos 148. |
| 1879 | Natus eſt 8. THARE. is anno 70 ætatis ſuæ, genu | ABRAHAM. vixit annos 205. |
| 1903 | * 4. VBBO, frater Suennonis & Gethari, conditor civitatis Vpſ | dicta, quaſi Vbbonis Aula, ſive quod circa littora Salæ fluminis ſita ſit. |
| | Iuſtinus lib: 1. Imperium Aſſyrij 1300. annos tenuêre | MONARCHIA Aſſyriorum, quæ duravit annos 1527. cum Medis. |
| 1906 | Ab inundatione ad Ninum 249. anni. | NINVS proprio nomine dictus Aſſur. Regnavit annos 52. |
| 1907 | Archilochus & alij hic faciunt initium imperij NINI, Anno | poſt Diluvium. |
| 1949 | Natus eſt 9 ABRAHAM. is anno 100. ætatis ſu | genuit ISAAC. vixit annos 175. |
| 1958 | Hæc ſub habitu virili diſſimulavit muliebrem ſexum. | SEMIRAMIS uxor Nini relicta. Regnavit annos 42 |
| 2000 | Quidam putant hunc eſſe AMRAPHEL. Gen: 14. | NINIAS vel Zambis filius Nini. Regnavit annos 38. |
| 2004 | * 5. SIGGO, conditor Sigtunæ. Regnavit annos 65. | Ioan: Mag: lib: 1. hiſt: cap: 7. |
| 2007 | 350. poſt Dil: NOAH moritur in Italia, Romæ in Ianiculo m | pultus. Ianigæ templum illi & divinos honores impendêrunt. |
| 2014 | * 6. ERICVS I. Hunc pleriq; Hiſtorici Suetici primum Re | othorum & Suecorum fuiſſe affirmant. Ioan: Mag: lib: 1, cap: 8. |
| 2015 | Circa hæc tempora, iuſſu Regis Erici, Cimbricæ inſulæ, à Gothi | uſdam coli & habitari cœperunt, ſed longè poſt Danicæ dictæ. |
| 2024 | ABRAHAM ex HARAN Meſopotamiæ vocatur in P | tinam, & accipit promiſsionem de SEMINE. Anno ætatis 75. Gen: 12. & 21 |
| 2038 | | 4 ARIVS. Regnavit annos 30. |
| 2048 | CIRCVMCISIO data Abrah | Anno ætatis eius 99. Gen: 17. |
| 2049 | Natus eſt 10. ISAAC, is anno 60. ætatis ſuæ genuit | ESAV & IACOB. Gen: 25. |
| 2068 | | 5. ARALIVS. Regnavit annos 40. |
| 2069 | SIGGO Rex Sueciæ moritur apud Vpſaliam. | Ioan: Mag: lib: 1. hiſt. cap: 7. |
| 2082 | ERICVS I. &c. Gothorum Rex moritur. poſt cuius fata Sue | Gothi diviſi, à Iudicibus annos 400 ferè regebantur. Ioan: Mag: lib: 1. cap: 13. |
| 2083 | 7. VDDO. | |
| 2108 | 8. ALO. | 6. BALEVS XERXES. Regnavit annos 30. |
| 2109 | Natus eſt 11. IACOB. is anno 91. ætatis ſuæ genu | IOSEPH. Gen: 47. vixit annos 147. |

ABRAHAM

| ANN: MVND: | REGVM GOTHORVM. PATRV | REGVM BABYLON: ET ASSYR: |
|---|---|---|
| 2124 | ABRAHAM moritur. Et ſepultus eſt in Hebron Pr | ACADEMIA mundi, quæ Ioſuæ 15 Chiriat Sephir, id eſt civitas literarum, |
| 2138 | 9. OTHEN. | 7. ARMATRITES. Regnavit annos 38 (dicitur. Gen: 25 |
| 2160 | SEM, qui & MELCHISEDECH Rex Salem moritur | |
| 2100 | II Inundatio menſtrua Niliaca, ſub Hercule & Prometheo Æ | tis, quæ contigit Anno 28. Armatritis. |
| 2176 | | 8. BELOCHVS. Regnavit annos 35. |
| 2176 | Circa hoc tempus forſan IOB vixit, natus ex HVS filio N | HVR, σύγχρονος Patriarchæ IACOB, cuius filiam Dinam uxorem ha- |
| 2200 | Natus eſt 12. IOSEPH. | vixit annos 110. Gen: 50. (buiſſe dicitur. |
| 2210 | III Inundatio bimeſtris Attica, in Provincia Græciæ, ubi n | Athenæ ſitæ ſunt, Regnante Ogyge Attico. Anno 34. Belochi. Beroſo teſte. |
| 2211 | Hic fama enituit, ſplenduitq́ uſq; intra Indiam. Beroſus. | 9. BALEVS iunior. Regnavit annos 52. |
| 2239 | Deſcenſus IACOB in Ægyptum, Anno ætatis 130. Gen: | & 47. |
| 2256 | IACOB moritur. Cuius funus deductum eſt in terram Canaan. | Gen: 50. |
| 2257 | 10. CAROLVS eius nominis primus. | |
| 2263 | | 10. ALTADES. Regnavit annos 32. |
| 2295 | | 11. MANIIVS. Regnavit annos 30. |
| 2309 | 11. BIORNO I. IOSEPH moritur Et collectus | ad patres ſuos in terram Canaan. Ioſuæ 24. |
| 2325 | | 12. MANCALEVS. Regnavit annos 30. |
| 2355 | Anno 2. Spheri Deucalion naſcitur. | 13. SPHERVS. Regnavit annos 20. |
| 2374 | Natus eſt 1. MOSES, annis 65. poſt mor | Ioſeph, ſive 425. poſt natum Abraham. Philo in Breviario. |
| 2375 | | 14. MAMELVS. Regnavit annos 30. |
| 2405 | 12. GETHAR II. | 15. SPARETVS. Regnavit annos 40. |
| 2416 | Natus eſt 2. IOSVA, annos 42. poſt natum M | SEN. Vixit 100. annos. Ioſuæ 24 Vide Lutherum. |
| 2434 | 13. SIGGO II. | |
| 2435 | IIII. Inundatio trimeſtris THESSALICA, Anno ætat | DEVCALIONIS 82. ut Xenophon de æquivocis refert. |
| 2445 | | 16. ASCATADES. Regnavit annos 41. |

| ANN: MVND: | REGVM GOTHORVM. IVDICV | REGVM ASSYRIORVM. |
|---|---|---|
| 2454 | MOSES Dux, iubente & mirabiliter iuvante DEO, e ducit Iſ | itas ex Ægypto. Anno ætatis ſuæ 80. ferè completo. |
| 2454 | Eodem Anno primum PASCHA IVDÆORVM celebra | DECALOGVS in monte SINAI promulgatus eſt. |
| 2457 | Anno 12. Aſcatadis Regis Aſſyriorum, vitis apud Græcos in | narratur. |
| 2484 | TROIA condita eſt. Cuius primus Rex DARDANV | regnavit an: 31. Sequens ordo Troian: ex Maſea Phen: Damaſ: & Archilocho (ſumitur. |
| 2486 | | 17. AMINTES. Regnavit annos 45. |
| 2401 | Quinq; libri Moſis ſcripti, & in lucem editi ſunt. Lutheru | |
| 2493 * | BERICO, Gothorum Sueonumq; Rex, primus patria egreſſ | cum ſuis res miras geſſit. Anno Regni 39. infra. |
| 2494. | AARON moritur, Anno ætatis ſuæ 123. | |
| 2494 | Vir DEI MOSES moritur, Anno ætatis ſuæ 120. 40 p | eductionem populi. Sepultus eſt à Domino in terra Moab. Deut: 34. |
| 2494. | Moſi ſuccedit 2. IOSVE. Præfuit populo Dei annos 32. | Quem introducit in terram promiſſam. |
| 2494 | Hic anni IVBILEI incipiendi ſunt, à primo ingreſſu (ut quida | volunt) ſed verius 7 anno poſt, cum terra diſtribueretur Iſraelitis. |
| 2515 | ERICHTONIVS ſecundus Rex Troianorum, | Regnavit annos 75. |
| 2525 | 3 OTHONIEL præfuit annos 8. | |
| ¶ | Quod dicitur Iud: 3. Terram quievisse annos 40. intelligendum eſt ſub I | annos 32. & ſub Othoniele annos 8. |
| 2532. | Hoc anno Gothi, Duce Bericone Rege ſuo, patriam egreſſi ſunt, & t | Vlmigerorum, id eſt, Prutenorum & VVandalorum occuparunt .Crantzius. |
| 2533 * | 15. HVMVLPHVS filius Bericonis, iuſſu patris man | in patriam, cum cæteris ſequentibus Regibus. |
| 2533 | BERICONI ſucceſſit GAPIVS ſecundus Rex Gothoru | extra patriam. |
| 2535 | AVGIS tertius Rex Gothorum extra patriam | 18 BELOCHVS iunior. Regnavit annos 25. |
| 2556 | AMALVS quartus Rex Gothorum extra patri | 19. BELOPARES. Regnavit annos 30. |
| 2586 | BALIVS quintus Rex Gothorum extra patri | 20. LAMPRIDES. Regnavit annos 32. |
| 2590 | GADARICVS 6. Rex Gothorum extra patr | TROES tertius Rex Troianorum. Regnavit annos 60. |
| 2614 | 4 DEBORA & BARACH p | fuerunt populo Dei annos 40. |
| ☞ | SISERA occiſus à IAEL uxore Heber, & totus exerci | IABIN Regis Cananæorum proſtratus. Iudic: 4. |
| 2618 | PHILIMERVS 7. Rex Gothorum extra patri | 21. SOSARES. Regnavit annos 20. |

| ANN: MVND: | REGVM GOTHORVM. IVDICV | REGVM ASSYRIORVM. |
|---|---|---|
| 2637 | 16. HVMELVS nepos Humulphi. Is filium ſuum Dan | primum Regem Danorum conſtituit, à quo & Dani nomen acceperunt. |
| 638 | | 22. LAMPARES. Regnavit annos 30. |
| ☞ | Angulus filius HVMELI, germanus frater Dani, Anglia potit | unde & inſula nomen ſortita eſt. Saxo Grammaticus. |
| ☞ | Norus tertiogenitus, Norvegiæ à patre Humelo præfectus eſt, und | nomen habet, Norige, quaſi Nori regnum. |
| 2650 | ILVS quartus Rex Troianorum. | Regnavit annos 55. |
| 2652 | TANAVSIVS 8. Rex Gothorum extra patria | Anno à Diluvio 995. |
| 2654 | 5. GEDEON. | præfuit populo Dei, annos 40. Iudic: 8. |
| 2667 | | 23. PANNIAS. Regnavit anns 45. |
| 2673 | DAN, Humeli Gothorum Regis filius, factus primus Rex Da | rum, à quo Cimbricæ inſulæ, Dania & Danmarchia dicuntur. |
| 2694 | A muliere mole fragmento cæſus, interijt. 6. ABIMELECH | Tyrannus, interfecit 70. fratres. Regnavit annos 3. Iud: 9. |
| 2696 | ZENTA 9. Rex Gothorum extra patriam. | |
| 2697 | 7. THOLA. | præfuit populo Dei, annos 23. Iudic: 10. |
| 2705 | LAOMEDON quintus Rex Troianorum. | Regnavit annos 36. |
| 2712 | 17. GOTILAS Humeli filius 4. Opem tulit tranſmarinis | Gothis, & Eſthones, Megapolenſes ac Curetes devicit. |
| 2712 | | 24. SOSARMES. Regnavit annos 19. |
| 2720 | HERCVLES & LINVS florent. 8. IAIR. | præfuit populo Dei, annos 22. Iudic: 10. |
| 2730 | MVSÆVS & ORPHEVS florent. SAGILLVS 10. R | Gothorum extra patriam. BELLVM Lapitharum cum Centauris. |
| 2731 | ARGONAVTARVM expeditio in Colchicam. | 25 MYRTVS vel MYRITREVS. Regnavit annos 27. |
| 2742 | INTERREGNVM in Iſrael 18 annis, quibu | oppreſſi erant Iſraelitæ ab Ammonitis. Iudic: 10. |
| 2741 | PRIAMVS, ſextus & ultimus Rex Troianorum | Regnavit annos 40 |
| 2759 | PENAXAGORAS 11. Rex Gothorum ext | patriam. |
| 2760 | 9. IEPHTE vin | Ammonitas, præfuit annos 6. Hic ex voto filiam ſuam immolavit. Iud: 11. & 12 |
| 2758 | 18. SICHIVNIVS. | 26. TAVTANEVS. Regnavit annos 32. |
| 2766 | 10. ABESSAM Bethleh | mites, præfuit annos 7. Hunc quidā putant Boas eſſe, avum Davidis. Iud: 12. |

| ANN: MVND: | REGVM GOTHORVM. IVDICV | REGVM ASSYRIORVM. |
|---|---|---|
| 2773 | Belli TROIANI initium, quod decennale fuit. | |
| 2773 | 11. ELON præfuit annos 10. Iud: | |
| 2774 | TELEPHVS 12. Rex Gothorum extra patr | |
| 2780 | EVRIPHILVS 13. Rex Gothorum extra pa | triam. PENTASILEA Amazonum Regina. |
| 2783 | TROIA everſa propter adulterium PARIDIS & raptum | HELENÆ. |
| ☞ | Stetit autem Troia 297. annos. ut Archilochus Græcus ex annalium | Regum Troianorum exactiſſimè colligit. |
| 2783 | V. Inundatio Pharaonica. 12. ABDON præfuit popul | Dei, annos 8. Iudicum 12. |
| 2791 | 19. SCHARINVS. | 27. TEVTEVS. Regnavit annos 40. |
| 2791 | 13. SIMSON præfuit populo D | annos 20. Iudic: 16. |
| 2811 | 1. Reg: 1. 2. 3. & 4. 14. ELI Summus Sacerdos, præfu | annos 40 Corripitur à Deo propter nimiam indulgentiam filiorum. |
| 2821 | 20. SIGDAGERVS. | 28. TINEVS. Regnavit annos 30. |
| 2851 | 15. SAMVEL & SAVL prim | Rex in Iſrael. 40. annos rexerunt. Actor: 13. |
| ☞ | Hîc incipit tempus Prophetarum, unde libri Regum, Prophetæ mai | vocantur. |
| 2861 | CATALOGVS REGVM ISRAEL. | 29. DERCYLLVS. Regnavit annos 40. |
| 2891 | 21. AMVNDVS, ab Hadingo Dano occiſus. II. DAV | Regnavit annos 40. Erat 30. annorum cum regnare cœpiſſet. 1. Paralip: 30. |
| ☞ | David regnavit 7. annos in Hebron, & 33. in Hieruſalem. | Hoc tempore Pſalterium compoſitum eſt cum libris Samuelis. |
| 2901 | | 30. EVPALES. Regnavit annos 38. |
| 2931 | III. SALOMO | Regnavit annos 40. 2. Reg: 11. |
| 2934 | TEMPLVM Salomonis cœptum eſt ædificari. Anno 4. Reg | Salomonis inchoata. Ab exitu ex Ægypto, Anni 480. |
| 2939 | 22. VFFO, ab Hadingo Dano inſidioſè occiſus. | 31. LAOSTENES. Regnavit annos 45. |
| 2942 | PROVERBIA, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum Salomo | ſcripta ſunt. Navigatio longinqua in Ophir, id eſt, in Indiam. |
| 2971 | IIII. ROBOAM | Regnavit ſaltem in Iuda & Beniamin, annos 17. |
| ☞ | Hoc tempore ſciſſum eſt Regnum populi Dei in dua Regna, unum | Regnum Iſrael, alterum Iuda, unde maxima clades utriuſq. ſecuta eſt. 1. Reg: 11. |
| 2983 | 23. HVNINGVS intimus amicus Hadingo, in mœſto | dolens interiit. |

(& 12.

ABIAM

| ANN: MVND: | REGVM GOTH: REGVM IVD: | REGVM ASSYRIORVM. |
|---|---|---|
| 2984 | | 32. PERITHIDIAS. Regnavit annos 30. |
| 2988 | ABIAM filius Roboam. | Regnavit annos 3. 1. Reg: 15. & 2. Paralip: 13. |
| 2991 | ASA Rex pius & felix bellator. | Regnavit annos 41. 1. Reg: 15. |
| 3000 | MEDIETAS TEMPORVM MVNDI complet | Anno 9. ASA Regis Iuda. |
| ☞ | Circa hæc tempora Elias currus & Auriga Iſrael natus eſt. | Et Eliſæus paulò poſt. |
| 3014 | | 33. ORPHATEVS. Regnavit annos 20. |
| 3031 | 24. REGNERVS maritus SVANHVITÆ. | |
| 3032 | IOSAPHAT Rex pius. | Regnavit annos 25. |
| ☞ | Tempore Ioſaphat Elias & Eliſæus prophetarunt. | |
| 3034 | | 34. ORPHRAGANEVS. Regnavit annos 50. |
| 3057 | IORAM regnavit cum patre 8. annis | Sed ſolus 4. qui annotantur, 4. Reg: 8. |
| 3000 | HOTHEBROTVS Regneri filius. Bellum geſſit cum | Roë, Daniæ Regem. Eumq; occidit & Daniam occupavit. |
| 3061 | OCHOSIAS. Regnavit annos 2 | Hîc appoſiti ſunt 20 anni, quib. cum patre Ioram, regnaſſe videtur. 2. Par: 22 |
| 3082 | ATHALIA, Regnavit annos 7. | Regina impia, omnem ſemen Regium extinxit, ſolus IOAS evaſit. |
| 3084 | | 35. ASCHRASAPERIOS. Regnavit annos 42. |
| 3089 | IOAS filius Ochoſiæ, Regnavit annos 40 | Beneficio Ioiadæ Sacerdotis ſervatus & Rex creatus. |
| ☞ | IOAS Rex Iudæ in vijs Domini ambulavit, donec vixit Ioiada, poſt | Impius factus Zachariam filium Ioiadæ occidi fecit. 2. Paralip: 24. |
| 3125 | ATTILVS I. Eius coniunx VRSILIA dotem | cum ROLVONE filio fugit in Daniam. |
| 3126 | De hoc vide Euſebium & Beroſum, qui annos 15. ponit. | 36. SARDANAPALVS ultimus Rex Aſſyriorum. Reg: an: 20. |
| 3129 | AMASIAS Rex Iudæ. | Regnavit annos 29. |
| ¶ | Frater Amaſiæ AMOZ, quem dicunt patrem Eſaiæ. Ideo Eſaias ex | Regia ſtirpe oriundus & Chriſti linea, vocat Chriſtum patruelem ſuum. Cap: 5. |
| 3146 | Hoc tempore prima Monarchia bipartita eſt. | 1. ARBACES primus Rex MEDORVM. Regnavit annos 28. |
| 3158 | INTERREGNVM | In IVDA 10. Annorum. |
| 3168 | Hoc tempore prophetarunt, Ozeas, Micheas, Ioel, Ionas. OZIAS | qui & Azarias. lepra percuſſus. Regnavit annos 52. |

ANN: MVND: REGVM GOTHOR: REGVM IV

3174 27. HOTERVS bellum geſsit cum Baldero.
3206 Anno 38. Regni OZIAE OLYMPIADES cœperunt,
3213 ROMA condi cœpit. Hiſtoriam Romanam 746. annorum,
3220 IOATHAN.
3224
3236 OBED Propheta in Iſrael. ACAB.
3252 28 RODERICVS, cognomine Slingebend. EZ
Sub Ezechia ESAIAS in maximo honore erat. Hic Ezechias ex
3254
3258 ISRAEL abductus in captivitatem à Salmanaſſere, anno
Ex abductis multi erant pij, vera de Deo docentes, ut Tobias in
3266 Anno 14. Ezechiæ, Sennacherib Hieroſolymam obſidione cinxit,
3281 MANASSES.
Sub Manaſſe ESAIAS, qui gubernavit Eccleſiam populi Iuda
3304
3326
3336 29. ATTILVS II. à duobus fratribus occiſus. AMON
3338 IOSIAS, movet non neceſſar
Sub hoc Rege IOSIA volumen Legis repertum eſt in Domo Domi
3351 IEREMIAS predicare cœpit, uſq; ad excidium Hieruſolymæ,
3352 Hoc tempore OBADIA, HABACVC, ZEPHAN
3366 20. BOTVILDVS parum ſtrenuus.
3369 IOACHAS. Regnavit 3. Men
3369 ELIACHIM vel IOACHIM



REGVM MEDORVM.

2. MANDANES. Regnavit annos 50.
Chytræus collocat initium Olympiadū in annum 2. IOATHAN, A: M: 3203.
per Titus Livius, ad annum 4. ante natum Chriſtum.
Regnavit annos 16.
3 SOSARMON. Regnavit annos 30.
Regnavit annos 16.
HIAS. Regnavit annos 29.
natur libros Regum, parabolas Salomon: Iudicum, in unum collegiſſe. Lyra.
4. ARTICARMES. Regnavit annos 50.
zechiæ & 9. Oſeæ Regis Iſrael. 4. Reg: 16.
ve, Raguel & Gabelus apud Medos.
mirabiliter à Deo liberata, trucidatis per Angelum 185000. Aſſyrijs. 4. Reg: 29.
Regnavit annos 55. (2. Paralip: 31. Eſa: 37.
lutari doctrina & conſilijs 80 annos ſerra diſſectus eſt.
5. ABIANES. Regnavit annos 22.
6. ARCEVS. Regnavit annos 40.
Regnavit annos 2. 4 Reg: 21.
Regnavit annos 31.
bellum, in quo perijt.
NEBVGODONOSOR I.
annos 40. Ierem: 1.
Prophetæ vixerunt.
7. ARTINES vel Attines. Regnavit annos 22.
uus frater Eliachim vel Ioachim ſucceſsit in Regnum. 4. Reg: 23. 2. Par: 36.
Regnavit annos 11.

| ANN: MVND: | REGVM GOTHOR: REGVM IV | REGVM MED: ASSYR: ET BABYLON: |
|---|---|---|
| ☞ | Sub hoc Rege multi abducti ſunt in Babylonem, inter quos fuit Dan | adoleſcens cum ſocijs. Dan: 1. |
| 3372 | | NEBVGODONOSOR II. Regnavit an: 45. |
| 3380 | TRANSMIGRATIO. 1. Reg: 24. IECHON | vel IOACHIN. Reg: 3. Menſes, 10. Dies. Sua ſponte ſe in captivitatem |
| 3380 | ZEDECHI | Regnavit annos 11. (dedit, An: 8 Nebugod: |
| 3388 | | 8. ASTYBARVS cum filio APANDA. Regnavit annos 20. |
| 3391 | DESOLATIO. CAPTIVITAS BABYLONICA, quæ du | annos 70. incidit in 19. annum Nebugodonoſoris. 4. Reg: 25. Ierem: ultimo. |
| ☞ | Zedechias Rex Iuda, captus & abductus, & oculi ipſi eruti, & | eius ante oculos eius occiſi. 6. Novemb: in captivitate moritur. |
| 3408 | 31. CAROLVS II. liberalis & hoſpitalis. | 9. ASTYAGES. Regnavit annos 35. Herod: Fuit ſororius Crœſi. |
| 3417 | | EVILMERODACH. Regnavit annos 30. |
| 3443 | Beroſus de Cyro 12. tamen numerat. | CYRVS devicto Aſtyage multa præclara geſſit in Perſide an: 18. |
| 3447 | | REGASSAR. Regnavit annos 3 |
| 3450 | | LABASARDACH. Regnavit annos 6. |
| 3456. | 32. GRYMERVS impius. Hucuſq. Roma Reg | uſa eſt. BALTASSAR ultimus Rex Babylon: Regnavit: an: 5. |
| ☞ | SECVNDA MONARCHIA PERSARVM, | quæ duravit annos 191. teſte Metaſthene de iudicio temporum & Philone. |
| ¶ | TRIPLEX Probatio Monarch: Perſarum. per DVCES IVD | PONTIFICES. REGES PERSARVM. |
| 3461 | Solutio captivitatis. 1. ZOROBABEL. Regnavit ann | IESVS filius Ioſed, præfuit annos 36. CYRVS. Reg: an: 24. poſt ade- |
| ☞ | Cyrus Anno primo Imperij Babylonici concedit IVDÆIS pot | tem redeundi in patriam (ptam Monarchiam. |
| 3462 | THAMYRIS Regina Gothorum extra patriam | Hæc anno Mundi 3485. vicit Cyrum. Herod: lib: 1. Et Iuſtin: |
| 3477 | | 2. CAMBYSES. Regnavit cum patre Cyro. |
| 3485 | ANTHINVS Rex Gothorum extra patriam | 3. ARTAXERXES Aſſuerus. Regnavit an: 20. |
| ☞ | Hic ARTAXERXES eſt Darius Hiſtapſis filius. Cuius Reg | erat ESTHER. Anthinus vicit Darium ad Iſtrum fluvium. |
| 3496 | 33 TORDO I. à Saxonibus infeſtatur, quos tamen bello | armis compeſcuit. |
| 3497 | IESVS Summus Sacerdos ad Darium Regem profectus | IOACHIN præfuit annos 8. in abſentia patris. |
| 3505 | ESDRAS vixit, & poſt biennium reverſus Ierolymam, & | care cœpit. 4. ARTAXERXES Longimanus. Reg: an: 37. |

ANN: MVND: REGVM GOTHOR: DVCVM IVDA

3505 Hippocrates Medicus vixit

3507 Hic incipiunt Hebdomadæ ex vaticinio Danielis, Hagei & Zachari

3511 Anno 6. Longomani completum & ædificatum eſt Templum Domini,

3519 RESAMELLAM. Regnavit annos 66,

3525 Hic geſta Eſther ſcripſit. Philo in Breviario.

3542 Hoc tempore Herodotus Halicarnaſſus Hiſtoricus floruit.

3561 THRASVBVLVS 30. Tyrannos vicit.

3573 Xenophon Hiſtoricus & Philoſophus claruit.

3585 IOHANNA BENRESA. Regnavit annos

3593

3608 TEMPLVM DIANÆ Epheſiorum toto orbe terrarum

3615 34 GOTHARVS pius erga patriam & ſuos. Bellum geſſi

3616 ANTHAS Rex Gothorum extra patriam.

3618 Nehemias capite 12. IONATHAN vocat

3638 IVDAS I. Hircanus Regnavit annos 14.

3642 IADDVA. Regnavit annos 10.

3646 GOTHILAS Gothorum Rex extra patriam.

3652 Anno 6. Darij ultimi, finitur Monarchia Perſarum, quæ duravit

VT TERTIA MONARCHIA GRÆCORVM, quam

¶ Hæc Monarchia duravit annos 154.

3651 Hoc tempore Diogenes vixit. IOSEPH I. Regnavit an: 7

¶ ALEXANDER Mag: PHILIPPI Regis Macedoniæ filius, Regna

3659 ABNER SEMEI. Regnavit annos 11

3662 SITALCHVS Rex Gothorum, extra patriam.

PONTIFICVM. REGVM PERSARVM.

IESVS reverſus, à Rege iterum præfuit 20. annos. (ſcitatum-

que compleri debebant 490 annis ab exitu verbis, ad Chriſtum paſſum & reſu-

Eſdr: 6. Quod autem dicitur Ioh: 2. annis 46. ædificatum eſſe Templum. Sunt

Huius tempore Hieroſolymam veniebat Nehemias. 2. Eſd: 2. (anni impedi-

IOACHIN. Succeſſit patri, præfuit annos 48. (tionis.

5. DARIVS NOTHVS. Regnavit annos 19.

6. ARTAXERXES Mnemon. Regnavit annos 55

ELIASIB. Præfuit annos 21

Huius tempore natus ARISTOTELES. Gellius lib: 17.

IODA. Præfuit annos 24.

celeberrimum, ab Heoſtrato quodam incenſum, totum conflagravit.

cum Frothone Danorum Rege, ulturus iniuriam ſoceri ſui, ipſum interemit.

7. OCHVS. Regnavit annos 26.

IOATHAN Præfuit annos 24. vocatur & IOHANNAN.

8 ARSAMES. Regnavit annos 4.

9. DARIVS ultimus. Regnavit annos 6.

191 an: ut evidenter apparet ex tribus ipſis probationibus, ex Metaſth. & Phi:

quidam exiſtimant incidiſſe in An: Mundi 3634. ſed ego cœptam ſupputationem

CATALOGVS REGVM GRÆCORVM. (perſequar.

ONIAS priſcus præfuit an: 27. I. ALEXANDER Magnus, Reg: an: 7.

vit in Macedonia an: 5. antequam vicit Darium, & 7. deinceps. Simul an: 12.

2. PHILIPPVS. Regnavit annos 7.

ELIMA.

| ANN: MVND: | REGVM GOTHOR: DVCVM IVD | PONTIFICVM. REGVM PERSARVM. |
|---|---|---|
| 3566 | | |
| 3670 | ELIMATATIA. Regnavit | annos 12. 3. CASSANDER. Regnavit annos 19. |
| 3679 | | SIMON Priſcus, præfuit annos 13 |
| 3682 | ASERMAAT. Regnavit | annos 9. |
| 3685 | | 4. ALEXANDER. Regnavit annos 4. |
| 3689 | 35. ADOLPHVS Danum Danorum Regem navali pu- | gna penitus delevit. 5. DEMETRIVS. Regnavit annos 6. |
| 3691 | AXADNAGID. Regnavit | annos 10. |
| 3692 | Hic Pontifex fuit inimicus Antiochi Thei. | ELEAZARVS. Hic Ptolomeo Philadelpho miſit 70. Interpretes. |
| 3695 | Hoc tempore LXXII Interpretes ſacra BIBLIA in lin- | guam Græcam tranſtulerant. Ioſephus lib: 12. cap: 2. |
| ☞ | Hic Pyrrhus Rex Epiri in Græcia, bellum geſsit cum Romanis. | |
| 3696 | DROMGETHES Rex Gothorum extra patriam. | 6. PIRRHVS 7. Menſes Monarcha Græciæ erat. |
| 3701 | HAGAI ELI. Regnavit | annos 8. 7. LYSIMACHVS. Regnavit annos 7. |
| 3703 | | |
| 3705 | | 8. PTOLOMEVS XERXES. Regnavit annos 2. |
| 3709 | MASLOTH Naum. Regnavit | annos 7. 9. ANTIGONVS. Regnavit annos 26. |
| 3712 | 36. ALGOTHVS pius Rex. | MANASSES. Præfuit annos 27. |
| 3716 | AMOS SYRACH. Regnavit | annos 14. Ab hoc videtur Ieſus Syrach nomen contraxiſſe. |
| 3730 | MATATIA SILOA. | Regnavit annos 10. |
| 3731 | TANOBONTA Rex Gothorum extra patriam. | 10 DEMETRIVS II. Regnavit annos 10. |
| 3739 | Hic Simon dicitur ſcripſiſſe THALMVD Iudaicum. de quo; inf | SIMON Iuſtus. Præfuit annos 28. Hic ab Antiocho Magno honoratus fuit. |
